absconderunt michi quoniam tu es protector
meus. In manus tuas commendo
spiritum meum. redemisti me domine deus
veritatis. Odisti omnes observantes
vanitates supervacue. Ego autem
in domino speravi. exultabo et letabor
in misericordia tua. Quoniam respexisti
humilitatem meam. salvasti de ne-
cessitatibus animam meam. Nec conclu-
sisti me in manibus inimici. statuisti
in loco spacioso pedes meos. Miserere
mei domine quoniam tribulor. conturbatus
est in ira oculus meus anima mea et
venter meus. Quoniam defecit in dolore
vita mea et anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus
mea. et ossa mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos meos factus sum
obprobrium vicinis meis valde. et
timor notis meis. Qui videbant
me foras fugerunt a me. oblivioni
datus sum tamquam mortuus a corde.
Factus sum tamquam vas perditum
quoniam audivi vituperationem multorum com-
morantium in circuitu. In eo dum conve-
nirent simul adversum me ac-
cipere animam meam consiliati sunt.
Ego autem in te speravi domine. dixi

BIBL. UNIVERS. LIPS.

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 21, 21a: 1r – Psalterium feriatum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-h32m/115/2202)